



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

22. An recusationis causae, libello recusationis inserendae sint utroq[ue]
jure; & quaedam illae causae?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

quia reus in Judicem consentire præsumitur. *L. fin. C. de except:* Sed si quæ post litem contestatam novæ emerferint, eas admittendas: quia quæ de novo emergunt, novo opus habent remedio. *L. de ætate, 11. §. ex causa 8. ff. de interrog: act.* Si extiterint quidem ante litem contestationem sed ignotæ: locum pariter habent: quia justa ignorantia excusat. *L. quo in alterius dereg. & jur.* Atq; idem etiam jure Canonico definitum est. *cap. insinuante de offic. deleg. cap. inter Monasterium de sent: & rejud. cap. super eo de appell:* Accedunt legistæ complures. *Accurs: Cuiac. Donel. Covar. pract. 9. 26. num. 2.*

32. An causæ recusationis libello recusatatorio, specialiter, & expressè inferendæ sint? Variant interpretes. *Azo in Sum: C. de jud. n. 24. Barch: Bald: & DD. communiter in cit: L. apertissimi:* existimant non jure Civili, sed Canonico id requiri. *cap suspitionis de off. deleg. cap. cum speciali de appell: Donnellus* verò distinguit ita, *17. com. cap: 25. olim id necesse fuisse, sed remissum, cit. L. apertissimi. Male profecto: quia lex apertissimi nihil mutat, ut constat ex L. si pariter, 9. ff. de lib.*

de lib.

de lib. caus: L. ult. C. de jud. nov. 82. cap: 8. Cuius iac: sup. cap. 23. Causæ recusationis aliæ iure expressæ sunt, aliæ ab arbitrio Iudicis dependent. Illæ, si probatæ sint, v. g. quod Iudex sit inimicus, quod iniquus mihi præsumptionem iuris efficiunt adversus Iudicem, ut non facilè admittenda sit in oppositum probatio. *Decius in cap. causam de offic: deleg: nisi ex circumstantiis liquido contrarium colligatur.* Hæ verò maiorem Iudici arbitrando potestatem faciunt, num spectatis circumstantiis, pro legitima, & probabili haberi debeant.

23. Interim iusta & indubitata recusationis causa reputatur, quæ lege, aut SS. Canonibus prohibita est: quarum una est probabilis suspicio, quod iniquè iudicaturus sit, aut ob affectionem pravam, aut ob imperitiam *cap. suspicionis. 39. de off: deleg: Si inimicus tibi, amicus adversario cap. cum super. 23. eod: cap. 2. de jud: vel si aliam tecum controversiam habeat in iudicio, ideoq; adversarius tuus esse censetur cap: 1. de jud. aut si simili in causa cum altero in tribunali alio contendat. cap: causam. 18. de jud: quia præsumitur ita iudicaturus*